sui nominis vocavit urbem. Dyonysius autem fuit
ex quarta regione. unde vocatus est aryopagita. is enim
dum esset .xx.v. etatis annorum. cum cunctis pene
artibus copiose imbutus incrementis studio excitatus
una cum apollofanijo confilosopho suo. astrologicę
disciplinę voto. egypti eliopolim transmigravit.
Ubi simul cum eo degens. quando ds homo deus noster
ihc xpc pro mundi salute invidia judeorum cruci
pependit affixus. et sol sui dni mortem pavescens.
lucis suę radios in tetrę noctis mutavit errorem.
atque orbis climata tenebrarum obtexit caligine.
et earundem tenebrarum signo antea inviso. et
inaudito attonitus earundem tenebrarum (underlined) et omnium
litterarum ~~dis~~ disciplinis edoctus dixit. hec nox
quam nris oculis novam descendisse miramur. totius
mundi veram lucem adventuram signavit. atque
deum humano generi effulsurum. serena digna-
tione dictavit.

//

Folgen a. d. nördlichen K. theol., kirchenhist.
Exc. (s. a. De Bosco)

auch De nominibus lapidum pretiosorum